



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Legia Catholica**

**Roberti, Johannes**

**Leodii, 1633**

11. Sanctorum Imagines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)



Denique huc spectant tot  
 Templa, tot Altaria, Sancto-  
 rum Corporibus reponendis,  
 Leodij, & totâ Diœcesi ere-  
 cta: de quibus in Episcopo-  
 rum Catalogo legisti. Nec hîc  
 repeto.

## II. *Sanctorum Imagines.*

LOquantur ipsæ Imagines,  
 Quis cultus, quæ veneratio  
 Sanctis, à Leodiensibus semper  
 fuerit exhibita. Inspiciantur, nō  
 modo Ecclesiæ, Sacella, Ora-  
 toria, Hospitalia, Ædium Sa-  
 crarum, & Publicarum propy-  
 læa, Cœmeteria: verum etiam  
 Plateæ ipsæ, atque adeo viæ  
 publicæ, itinera, agri, siluæ.  
 Ubique apparent sacra illa mo-  
 numenta. Et vt Ecclesias, a-  
 liaque loca sacra sileamus;  
 vt



vt de alijs Sanctis, eorumque Imaginibus & Statuis nihil dicamus: quisquis cæcus non est, videt etiam nolens, tum aliorum Sanctorum; tum maxime Christi, & Sanctissimæ Matris eius signa publicè exposita, Populorum pietati, & adorationi. Cerne Leodij Pontes, Fontes, Platearum flexus, & concursus: ubique videbis, vel Christi directi, vel Virginis Deiparæ, vel S. LAMBERTI, vel alicuius ceterorum Diuorum Imagines, & ad eas, lucernas, flores, viridantes ramos, aliaq; ornamenta, pij affectus fideiû Catholicorum, non vana argumenta.

Matris quidem Christi Domini Statuæ hoc præcipuum in Ciuitate Leodiensi habet, quòd primarijs eius festis, totos octo dies, sub vesperam, Litanæ, aliaque



liæque piæ preces à Catholicâ iuuentute, ad eas decantantur, parentibus hortantibus. & vota iungentibus: idque sæpe non sine dulci musici concentus modulatione. Addamus pauca particularia.

Wolbodo 48. cum semper Christi Crucem præcipuo affectu coluisset quoad vixit: tum piè emoriens, in eiusdem complexu animam suauiter emisit.

Illud minimè silendum. Gregorius Pontifex Max. hoc nomine decimus, Legem tulit, quâ impios sacrarum Imaginum temeratores plecti iubet. Est ea Lex relata in lib. 6. Decret. c. *Si Canonici*, De officio ordinarij Eorum impietatem vocat *Horrèdam indeuotionem*: detestatur eorum *Irreuerentè ausum*: vult in eos procedere

*Vltri-*



*Ultricem duram sententiam.*  
 Quærat quis, Quid hoc ad  
 Leodiensium Catholicam Re-  
 ligionem? Meminerit ille per-  
 contator, hunc Pontificem san-  
 ctissimum, ad illud supremum  
 fastigium Dignitatis, e Clero  
 primario Leodiensi fuisse eue-  
 ctum, vt supra mihi scriptum.

Zelum eiusmodi Deo esse  
 quàm gratissimum, ostendit ali-  
 quando ipse Deus: cum Leo-  
 dij impius Sannio, in Christi  
 Cruci affixi Imaginem sacrile-  
 go ioco iniurius, oculo multa-  
 tus est. Vide, si lubet, in Alber-  
 to, 64.

12. *Victoria, & Triumphi  
 Sanctorum ope parti.*

Spectat hoc etiam ad Leodien-  
 sium erga Sanctos veneratio-  
 nem commendandam, intelli-  
 gere